

DE CONSERVANDA

ferendo, & sumatur in principio refectiois.

Iusculum uerò, siue brodium, ut uocant, ciccrum
& pisorum alborum ac rotundorum, optimum cen-
setur, & nature conuenientius, quemadmodum &
tota eorum substantia.

DE LACTE. CAP. XXXIII.



Lac ethicis sanum caprinum, post
camelinum,

Ac nutritiuum plus omnib. est asininum.

Plus nutritiuum uaccinum sit & ouinum.

Ad sit si febris, caput & doleat, fugien-
dum est.

**Lactis ele-
ctio.** Heic referuntur precepta quædam de electio-
ne lactis. Primum est, lac caprinum, hecticis, id est,

consumptis & maceratis, uel feberi hectica laboranti-
bus esse sanum, id quod testatur Auicenna 2. Canon.

cap. 444. Lac, inquit, caprinum, & lac asininum
sunt bona hectica. Et prima 4. Tracta. 3. cap. 6.

Ratio, qui lac caprinum, secundum Auicennam 2.
Canon.